UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

De Feriis. Titvlvs IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

Leden. ſuper eccleſia de Alten. Decano & Archidiacono Lincon. commiſerimus terminandam: ipſi timentes ſe à judicibus adgravati (eo quòd ad primam citationem terminum ſibi nimis brevem & peremptorium ſtatuerunt) *a* ad noſtram audientiam duxerunt appellandum: [1 *& infrà.*] Quia (verò) non ſpectat ad juris ordinem, diem peremptorium, maximè cùm de rebus eccleſiaſticis agitur (niſi fortè neceſſitate urgente) taliter maturare: mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in irritum, ſi quid inveneritis poſt appellationem hujuſmodi attentatum: in cauſa juxta priorum tenorem literarum procedatis.

[1 *Nos igitur attendentes.*]

CAP II.

Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, ſi per literas citatorias plenè potuit inſtrui, & deliberare ſuper eo, de quo quæritur.

Celeſtinus III.

PRæterea *b* adjeciſti, quòd cùm cauſæ tibi à ſede Apoſtolica delegantur, literis citatoriis reſcriptum Apoſtolicum inſeris, ut eo viſo deliberare valeat, qui ab altero convenitur: [1 *& infrà.*] Quia igitur quid agendum ſit in hoc caſu, deſideras edoceri, taliter tibi reſpondemus: quòd reo ad judicium legitimè *c* convocato, ſi ex reſcripto ſibi tranſmiſſo plenè potuit inſtrui ſuper eo, de quo in judicio convenitur, induciæ deliberatoriæ non ſunt ulterius indulgendæ, ſed procedendum potius eſt ad examinationem cauſæ, & finem ei debitum imponendum.

[1 *Cumq; non ad primam & ſecundam canonicam citationem, ſed ad tertiam tantummodo reus veniat actore ad omnes citationes veniente, & ipſe actor intentionem ſuam in jure proponat: reus vexationi ejus intendens, tunc primò deliberatorias requirit inducias, cùm actor eidem authenticum offerat, ut concordet cum reſcripto: quia in prima citatione recipit, aſſerens etiam quòd longo citationis ſpatio, ſi voluerit, plena tempus deliberationis potuit habere.*]

CAP. III.

Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui poſiti in libello, novæ induciæ deliberatoriæ dandæ non ſunt, ſi per expreſſa potuit reus deliberare ſuper ambiguitate illa, vel generalitate. h.d.

Honorius III. *Ferentino* d *Epiſcopo.*

LIteræ tuæ ac petitio *e* Presbyteri ſanctorum Priſcæ & Aquilæ de urbe, nobis exhibitæ continebant: [1 *& infrà.*] Idem Presbyter contra nobiles viros A. & G. libellum eccleſiæ ſuæ nomine obtulit, continentem, quòd penſio de poſſeſſionibus ſoluta non fuerat ipſi eccleſiæ, elapſis jam tribus annis & ultrà. Nobilibus verò ipſis petentibus, ut explicaret ipſis ſpacium, quod per hanc adjectionem, & ultrà, ſignificari volebat: & ipſo Presbytero exprimente, quòd ſeptem annis fuerat in dictæ penſionis ſolutione ceſſatum: iidem dicentes libellum eſſe hujuſmodi expreſſione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias: quas quia denegaſti eiſdem, ad noſtram audientiam appellaverunt. Nos igitur appell. hujuſmodi frivolam reputantes, mandamus, quatenus ea nequaquam obſtante, in negotio ipſo ratione prævia procedas juxta priorum continentiam literarum.

[1 *Quòd cùm cauſam quæ inter ipſum Archipresbyterum ex una parte, & nobiles viros A. & de Cilicia. & G. & fratres eorum, & filios ex altera ſuper quibuſdam poſſeſſione, & rebus* [illegible] *tur, tibi duximus committendam.*]

CAP. IV.

Si citatus in cauſa ardua de longinquo vocatur pro publica [illegible] *tate, etiam ad locum judicii, ita quòd intra terminum* [illegible] *liberare, & alia ſibi neceſſaria ad comparendum explicare* [illegible] *tuit, in termino reſpondere non cogitur, ſi reperiatur in loco* [illegible] *ſed habebit novas inducias. h.d. notabiliter.*

Greg. IX. *Abbati aquæ vivæ Turon. dioc. & Archidiac. Turon.*

EXpoſuit nobis Bituricen. Archiepiſcopus: [illegible] Burdegalen. Archiepiſcopo dedimus in *a* [illegible] ut ſuper jure primatiæ, quam in eo & in provincia [illegible] dictus Bituricen. Archiepiſcopus ſe habere [illegible] ad initium proximè præteritæ quadrageſimæ ([illegible] terminum peremptorium adſignavimus) per ſe, [illegible] procuratorem idoneum, ſe conſpectui noſtro [illegible] ret *b*. Cumque poſtmodum perſonaliter vocatus [illegible] eccleſiæ Romanæ ſubſidio, ad noſtram *c* audientiam [illegible] ceſſiſſet, Bituricen. Archiepiſcopus apud ſed. Apoſt. [illegible] conſtitutus, poſtulavit inſtanter, ut in eodem [illegible] procedere deberemus. Idem verò Burdegal. Archiepiſcopus ad propria rediēs, conſtituit pro ſe procuratorem in ipſo negotio, qui (ſalvis exceptionibus ſibi competentibus in reſpondendo & defendendo, ac aliis) [illegible] ceret, quæ in propria erat perſona facturus. [illegible] go Archiepiſcopo ſuprà dicto, ut præfatus procurator [illegible] ſponderet eidem: ille excipiendo propoſuit ſe [illegible] non teneri, cùm pro alia majori cauſa, pro publica [illegible] licet utilitate dictus Burdegalen. vocatus pro abſente [illegible] putari debuerat *d*, & revocandi domum [illegible] habuiſſet. Nondum etiam ſuper hoc deliberare [illegible] ſuffraganeis ſuis & aliis, quorum concilium [illegible] cauſa requirit: nec tempus habuerat, in quo [illegible] negotium valuerit (ſicut expediret) eſſe paratus. [illegible] pars altera econtra reſpondit, quòd cùm ſuper [illegible] ne prædicta prius fuerat evocatus, noſtræ [illegible] non fuerat primum mandatum per poſterius [illegible] temporis quoque ſpacium habuerat tam [illegible] potuiſſet ſi voluiſſet ſuper cauſa deliberare [illegible] ſicut fecerat cum quibuſdam: & commode [illegible] gotio imminere: *& infrà.* Nos igitur de conſilio [illegible] trum noſtrorum uſque ad proximum *e* venturum [illegible] ſtum Nativitatis Dominicæ dilationem adhuc [illegible] mus indulgendam.

DE FERIIS.

TITVLVS IX.

CAP. I.

Diebus Dominicis mercari, litigari, judicari, vel [illegible] *bet, ſed de veſpera in veſperam debent celebrari.*

Ex concilio apud Compendium *f*.

OMnes dies Dominicos à veſpera in veſperam cum omni veneratione decernimus [illegible] & ab omni illicito opere abſtinere [illegible] catum minimè fiat neq; placitum: neq; aliquis ad [illegible] tem vel ad pœnam judicetur, nec ſacramenta ([illegible] pace, vel alia neceſſitate) præſtentur.

CAP. II.

Feſtorum principium & finis fieri debet, [illegible] *ipſorum magnitudinem, & conſuetudinem* [illegible] *primò. In præcipuis feſtis & intra Paſcha &* [illegible] *non ſit ſolennis genuum flexio. Si tamen* [illegible]

---

a *Vide l. contumacia. ff. de re. jud. & l. tres denunciationes. C. quomodo & quando jud.* b *C.1. eod. tit. in 2. comp.* c *evocato.* d *al. Ferrarien. al. Florentino.* e *Archipresb. eccl. S. Pauli in urbe Rom. præeſt Abbas unus: & huic eccleſiæ deſerviunt vi. pre. card. Quorum unus eſt pres. cardinalis S. Priſcæ. Ergo Presbyteri, legendum, non Archipresbyteri, in omn. manuſcr.*

a *Præceptis.* b *Vid. leg. 1. & ibi gloſ. & de* [illegible] c *alit. præſentiam.* d *Vid. l. actiones. §. Labe.* [illegible] *l. 1. in fi. ff. ſolut. ma.* e *primum.* f *Burch.* [illegible] *part. 4. cap. 16. & c. 1. eod. tit in 1. compil.* [illegible] *var. reſol. cap. 19.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopi ordinentur, ſecundùm ordinationis modum genua flectuntur. hoc ſecundò. Romana eccleſia ſpeciale feſtum de Trinitate non facit: ſervatur tamen de hoc cujuſq; eccleſiæ conſuetudo. hoc tertiò.

Alexander III. a *Terdon. Archiep.*

QVoniam *b* in parte: [1 *&* ſ.] Licet ſcriptum ſit, de veſpera in veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra: feſtorum tamen principium & finis juxta eorum qualitatem, & diverſarum regionum conſuetudinem debet attendi: & ſicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardius terminari: & infrà.

Diebus autem Dominicis & aliis præcipuis feſtivitatibus, ſive inter Paſcha & Pentecoſten, genuum *c* flexio nequaquam debet fieri: niſi aliquis ex devotione id velit facere in ſecreto. In conſecrationibus *d* autem Epiſcoporum, & clericorum ordinationibus, conſecrans & conſecratus tantùm genua flectere poſſunt: ſecundùm quod conſecrationis modus requirit. Præterea feſtivitas ſanctæ Trinitatis, ſecundùm conſuetudines diverſarum regionum à quibuſdam conſuevit in octavis Pentecoſtes: ab aliis in Dominica prima ante adventum Domini celebrari. Eccleſia ſiquidem Romana in uſu non habet, quod in aliquo tempore hujuſmodi celebret ſpecialiter feſtivitatem: cùm ſingulis diebus, Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, & cætera ſimilia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

[1 *Veſtram volumus prudentiam certa cognitione tenere, quod.*]

CAP. III.

Propter neceſſitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi ſervili intendere, maximè circa rem tempore perituram. h.d.

Idem *Triburien. Archiepiſcopo.* e

LIcet tã *f* veteris, quàm novi teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputaverit: & tam eum, quàm alios dies majeſtati altiſſimæ deputatos, necnon natalitia ſanctorum martyrum eccleſia decreverit obſervanda: & in his ab omni opere ſervili ceſſandum: [1 *&* ſ.] Indulgemus, ut liceat parœcianis veſtris diebus Dominicis, & aliis feſtis (præterquam in majoribus anni ſolennitatibus) ſi alecia terræ ſe inclinaverint, eorum captioni ingruente neceſſitate intendere: ita quòd poſt factam capturam eccleſiis circumpoſitis & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.

[1 *Nos tamen cui ab omnium proviſore eccleſiæ eſt regimen commiſſum, ſuper his quæ neceſſitas exegerit, Chriſti fidelibus tenemur commodum providere, non ut ſi quando eos ſervili operi, id eſt Acolythi vel operi peccati publici & victus & veſtitui quærendo fortè intendere contigerit, volumus ut eis ap. ſe. miſericordia conſueta ſubveniatur. Inde ſiquidem eſt quòd regio veſtra quæ non multis frugibus abundet, mare in quo populus majorem conſuevit habere ſuſtentationem, ſterilius ſolito effectum fuiſſe multorum relationibus agnoſcimus, B. Petri aut. & Pauli & noſtra.*]

CAP. IV.

Tres ſeptimanæ, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante feſtum Ioannis Baptiſtæ, non continuantur feſto: ſed intelligitur de ſeptimanis aſcenſionis cum duabus ſequentibus.

Clemens III. *g*

CApellanus tuus, frater Epiſcope, *b* coram nobis ex parte tua propoſuit, quòd cùm ſtatuta canonica declarent nuptias tribus ſeptimanis ante feſtum nativi. beati Ioannis Baptiſtæ minimè celebrari debere, quidam hebdomadas illas abſq; interpolatione continuandas intelligunt. Alii verò inter feſtum & ipſas volentes facere intervallum, illud dicunt ob reverentiam feſtivitatis Pentecoſtes fuiſſe ſtatutum: quæ in ſeptimanis iſtis ſolet intervenire quandoque: & ſic à tribus diebus Rogationum ante aſcenſionem Domini inchoantes, uſque ad octavum diem poſt Pentecoſten (illis hebdomadis computatis) illo tantùm ſpacio temporis celebrari nuptias *a* non permittunt, earum celebrationem abinde nullatenus inhibentes. Quia ergo conſulti fuimus, utra iſtarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus noſtris apparuit, quòd licet ea ſit Roma. eccle. conſuetudo, ut quocunque tempore matrimonium contrahatur, conſenſu interveniente legitimo de præſenti: quia tamen à ſeptuageſima uſque ad ſeptimum diem *b* poſt Pentecoſten celebrari nuptiæ non ſinuntur, & poſtea etiam tribus ſeptimanis, vel pluribus ante feſtivitatem ſancti Ioannis ſine differentia celebrantur: poſterior ſententia meliori & ſubtiliori nititur ratione: & ſive ſecundùm canones à ſeptuageſima uſque poſt octavas Paſchæ: ſive juxta conſuetudinem eccleſiæ Rom. uſque poſt 7. diem feſti Pentecoſtes (quod caret octavis) nuptiæ ſuſpendantur: in dominica, quæ ſequitur, & deinceps poſſunt licitè celebrari.

CAP. V.

In feriis introductis in honorem Dei & ſanctorum, niſi ob neceſſitatem vel pietatem, judicium exerceri non poteſt, etiam de conſenſu partium: feriis tamen introductis favore hominum partes renunciare poſſunt.

Gregorius IX.

COnqueſtus eſt nobis: & infrà. Quamvis non prorogari, ſed expediri deceat *c* quæſtiones: debet tamen judicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis, qui ob reverentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti: ſcilicet natalis Domini, ſancti Stephani, Ioannis evangeliſtæ, Innocentium, ſancti Silveſtri, Circumciſionis, Epiphaniæ, 7. diebus dominicæ paſſionis, Reſurrectionis cum 7. ſequentibus, Aſcenſionis, Pentecoſtes, cum duobus *d* qui ſequuntur. Nativitatis Bap. feſtivitatum omnium virginis glorioſæ: 12. Apoſtolorum, & præcipuè Petri & Pauli, beati Laurentii, Declinationis beati Michaëlis, Solennitatis omniũ Sanctorum: ac diebus dominicis, cæteriſque ſolennitatibus, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & populo duxerint ſolenniter venerandas; quibus utique ſolennibus feriis (niſi neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat) uſque adeò convenit ab hujuſmodi abſtinere, ut conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia quam contingit diebus hujuſmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum vel meſſium ob neceſſitates hominum indulgentur, procedi valeat, ſi de partium proceſſerit voluntate.

DE ORDINE COGNITIONVM.

TITVLVS X.

CAP. I.

Contra mulierem vindicantem aliquem in maritum, admittitur exceptio conſanguinitatis: quæ prius diſcutienda eſt, quàm ſuper matrimonio pronuncietur: & ſufficit ſuper ipſo principali pronunciare. h.d.

Clemens III. *Alatrino Epiſcopo.* e

a *al. Trid. Archiepiſc. al. Tricilienſi Archid.* b *Cap. 2. eod. lib. in 2. compilatio. Gen. 2. Exod. 16. & 20. Levit. 23. Num. 28. Deut. 5.* c *vide Bur. l. 13. c. 3.* d *al. conſecratione.* e *In pleriſq; Epiſcopo pro Archiepiſ.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Arnald. Albertin. in Rub. de hæret. lib. 6. quæſt. 22. §. quintus error. num. 23. Covarruvias l. 4. var. reſol. c. 19. num. 4.* g *al. Cœleſtinus.* h *C. 4. eod. tit. in 2. compil. Bur. l. 13. decr. c. 21.*

a *Vide conc. Trid. ſeſſ. 24. in doctr. de ſacr. matr. can. 11. & ead. ſeſſ. de reform. matr. c. 10. & conc. Laodicenſi. c. 52.* b *ad ſeptem dies, ut infrà poſt 7. dies.* c *al. debeant.* d *al. ita, cum duobus diebus quæ ſubſequuntur.* e *al. Apetrino. al. Alatano. al. Alen. al. Alteran.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN